

Johann Pasch

**Ad Publicas Artis Poeticae Lectiones, iuxta ac Privatas liberalium & ingenuarum artium ac scientiarum, brevi atq[ue] perspicuo ordine docendarum, auscultationes Nobilissimos elegantiorum literarum Cultores ea, qua decet & par est, humanitate ac inserviendi cupidine invitatos voluit M. Johannes Paschius Prof. Publ.**

Rostochii: Wepling, [1687]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732448352>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1687



QVOD BENE VERTAT JESUS!

Ad

PUBLICAS AR-  
TIS POETICÆ  
LECTIONES.

Juxtá ac

Privatas liberalium & ingenuarum  
artium ac scientiarum, brevi atq; per-  
spicuo ordine docendarum, auscultationes

Nobilissimos elegantiorum litera-  
rum Cultores eâ, qva decet & par est,  
humanitate ac inserviendi cupidine  
invitados voluit

M. JOHANNES PASCHIUS  
Prof. Publ.



ROSTOCHII

Imprimebat JOH. WEPPLING, Acad. Typogr.

1687.



Uperatis, per DEI Gratiam, itinerum  
difficultatibus, morborum molestiis,  
aliisq; ex improvise subortis impedi-  
mentis ad pacata studiorū otia, amœ-  
nasque Musarum umbras tandem re-  
vertor. Annum fermè excedit inter je-  
ctum illud spatium, quo sine mutuo  
studiorum atq; Studiosorum commer-  
cio, alienas variasq; literarum ergo  
pervagatus terras, vixi. Mihi quidem commodè vixi, meisq;  
profui commodis, quod ad Elmenaum atq; Salam, ubi cir-  
cumspècta & pertinaci sedulitate didici; ad Albim, ubi hæc-  
concatenata laborum serie docui, ut genio indulgerem, cuti-  
culam curarem. manum verterem, vix licuit. Hinc ad Var-  
num æternus rerū Arbitrator & humanæ sortis Stator me præ-  
ter spem & opinionem evocavit. voceq; ILLIUS, *qui in his*  
*terris DEI vice fungitur,* SERENISSIMI DOMINI  
**GUSTAVI ADOLPHI,**  
*Ducis Megapolitani &c. &c. Principis, Domini atq; Nutriti mei*  
*Clementissimi* usus, sacro Doctentium ordini cooptatum, &  
Academicæ Juventuti, quæ in urbe Rosarum floret, Suo-  
rumq; omnium vota atq; desideria implet, me unâ præ-  
fectum voluit. Mihi meisq; desiderijs relictus animo abhor-  
ruissim ab honorificis Academicarum officiis, quæ singula-  
rem Divini talenti atq; donorum excellentiam, solidam stu-  
diorum varietatem, &, quod maximum est, animum invi-  
diæ, calumniæ omnisq; splendidæ miseriæ patientissimum  
postulant atq; requirunt. Illis uti me divinitus parcè dona-  
tum, ita his difficulter adsvetum experior. Attamen saluta-  
ri fide, fideli charitate, charaq; patientia illud me facile ob-  
tenturum speraverim, quod humanis viribus & impetuoso  
car-

carnis æstui atq; calori deest. Graviora autem sunt tædia atq; pericula, quæ me ab intimiori Academicarum consuetudine arcere aut abstertere potuissent: Deplorandum sc. sinceræ pietatis exilium, intestina Ordinū atq; capitum diffidia, labefactata Doctorum auctoritas, venalis & prostitutus præmiorum, quæ virtus meruerat & sedulos solari, improbos excitare debuerat, honor atq; dignitas, impedita officiorum salaria atq; frustrata laborum merces, segnia atq; cruda, aut ferocia atq; malè - feriatâ plerorumq; Studiosorum ingenia, quæ inscitæ lubentius, quàm scientiæ, vitiis quàm virtutibus, petulentiæ quàm obsequio se mancipant atq; litare cupiunt. Hæc illa spectra sunt atq; terriculamenta, quæ piis placidisq; ingeniis pavorem & consternationem facillè incutiunt, ut turbatas Musarum sedes haut immeritò effugiant. Anima studiorum *PIETAS* est, quam si perdideris, omne morum atq; studiorum robur & decus amisisti. Hinc factum, quod omnes fidei articuli, singula systemata, univèrsa Theologia sanctam pietatis praxin intendant, omnisq; Theologiæ limites non nisi per habitum practicum definiri sinant Theologi. Rumpantur licet illa *Marsilio*, *Cajetano*, *Henrico*, *Molina*, coeterisq; *Scholasticis*, qui Theologiæ habitum merè aut potius speculativum esse contendunt. *Arminianos* in simili causâ circa Articulum de SS. Trinitate, quam in nuda speculatione versari, neq; ad praxin tendere docent, ad silentiū redegerunt Theologorū plurimi. Sed foris quod prohibem, domi imprudenter committimus ipsi. Quid enim plerisq; hodie Doctoribus pia & alma Theologia est, nisi speculativa scientia? ubi argutis quæstionum acervis, intutis vocum rerumq; novitatibus, otiosis adversariorum tricis, earumq; ortibus, momentis atq; latibulis, acutis responsis, aliisq; dissolutis conscientiæ casibus & prodigiosis concionandi artibus nos atq; nostros

impensè fatigamus, omniaq; Theologiae spatia his speculationibus absolvi credimus, aliisq; persuademus. Pietatis autem, dilectionis, patientiae atq; Christianarum virtutum frigida mentio, obliqua doctrina, nulla professio. Piè hanc in rem pietati consuluit, & *Bethaniensi* in Silesia Gymnasio optimè prospexit Illustris olim Fundator hâc lege: So viel den Professore Pietatis belanget/ ist meine Meinung nicht/ daß derselbige die jenige 4 Stunden/ welche Er zu seinen publicis lectionibus die Woche über haben und verrichten soll/ der studirendè Jugend ex sacris bibliis was interpretiren, oder die capita doctrinae Christianae nach dem gemeinen modo, wie sonst in Schulen üblich und bräuchlich/ proponiren oder dergleichen was commentiren soll. Sondern es soll derselbe einig und allein der studirenden Jugend Unterricht und Anleitung geben / wie sie in ihrem Christenthumb sich verhalten/ ein recht Gottseeliges heiliges Leben führen / und die ganze Theologiam, und alles was im A. und N. Testament zum Christenthumb gehörig / ad realem praxin und wirkliche Übungen in omni vitae genere bringen möge / wie denn zu solchem Ende gerichtet seyn die Meditationes und Soliloquia Augustini, Bernardi, Sermones Tauleri, Meditationes Gerhardi, pleriq; libri Theologici Casmanni, und sonderlich des Thomae de Kempis Büchlein de Imitatione Christi/ item de casibus conscientiae Perkinsi &c. Doch soll dem Professori Pietatis hiedurch nicht benommen seyn aus dem A. und N. Testament ein Buch oder ein caput. oder auch ein gewisses dictum nach Gelegenheit der Zeit und Zuhörer zu nehmen / und seine praxin darin zu fundiren, jedoch ohne einige disputation und weitläufftziege commentation. Denn wann die junge Studiosi Theologiae bald Anfangs nur auff hohe Fragen/ tieffe Reden/ scharffe Disputationes, und subtiles Gezänct verleitet / darinnen unterwiesen un̄ dar auff angehalte werde/ un̄ nicht zugleich mit

mit und zwar zupoderst ad pietatem angeführet / und ange-  
zeigt wird / wie dieses vor irem nothwendiger un nütlicher /  
so hånget ihnen dasselbe aus eingebildeter Geschicklichkeit und  
hohem Verstande nachmals lange an / werden unruhige und  
zåncktsüchtige Leute / die folgendß übel oder langsam zu einem  
demüthigen niedrigen Geist / und Gottseel. eingezogenen stil-  
len Leben und Wandel zubringen seyn. Welches / was es der  
Evangelischen Kirchen biß hero vor Schaden und Nachtheil ge-  
bracht / auch wie hochschädlich solches derselben sey / gibt die  
tägliche Erfahrung zur Gnüge zuerkennen. Darumb so ordene  
und wil ich / das diese Profession für allen Andern in acht ge-  
nommen / und darzu ein recht und Gottseeliger / Fronmer /  
eingezogner stiller und nicht zåncktsücher Mann genommen und  
bestellet / solche Profession auch für und für in esse erhalten  
werden soll. Pia pietatis docendæ instituta! Quæ saluberrimè  
quidè præcipiuntur, sed perfunctoriè leguntur, imò omnia  
sufq; deqve habentur. Neq; desunt ex Nostratibus, quibus,  
si non instituendi ac præcipiendi, tamen desiderandi gloria  
relieta est. Tua dico laudoque, *Ingens Ecclesia sincere præsidium & dulce  
Decus nostrum*, SPENERE, *pia desideria*, nisi eadem intra desideriorum  
cancellos hactenus recondita, & in classè Platoniarum idearum  
reducta nobis compertum esset. Optanda quidè desideratissimæ  
pietatis exercitia, sed ob plurimorum Doctorum mollitiem &  
pessimi seculi pertinaciam vix obtinenda speraverim.  
*GREGORIUS NAZIANZENUS* suâ jam ætate, quasi secum de  
impiâ hominum pietate conquestus: Omnes, inquit, uno hoc  
nomine pii sumus, quia alios pietatis condemnamus, malos &  
bonos non vitæ, sed dissidii, vel concordis doctrinæ signo  
notamus. Idem apud nos plerumq; usu venit, ut nemo à  
puritate fidei vitæq; probitate, sed cæco partium studio atq;  
disidentiû deliriis, quibus ablanditur, pius probusq; dicatur,  
*PICUS MIRANDULANUS*  
non

non minori corripiendi, quam corrigendi zelo in hos præpo-  
steros Ecclesiæ mores ita invehitur: Der Thurm zu Babel ist  
eine gewaltige præfiguration ins Neue Testament/ und be-  
deutet den Geistl. Stand. Denn wie jene einen so hohen Thurm  
bauen wolten/ der in den Himmel reichen solte; Also wil ein  
Geistloser mit seinen Büchern jeko einen Thurm in den Him-  
mel bauen/ darauff man hinein steigen soll. Wie aber jenes  
aus eigener Klugheit vorgenommen/ also auch dieses. Und wie  
dort der Bauleute Sprache verwirret ward/ also hat Gott  
jeko der Geistl. Bauleute Sprach verwirret/ das keiner den  
andern verstehet/ daher ist man zerstreuet in so viel Secten, wie  
dort in vielen Sprachen und Zungen. Wie aber dort die  
Närrischen Leute. abstehen müssen von dem fürwitzigen und  
unnöthigem Gebäude/ also werden auch die Geistl. Bauleute  
von ihrem Gebäude von Büchern und vielen Disputationibus  
abstehen müssen/ und einen andern Weg suchen/ wollen sie sich  
nicht selber neben ihren Zuhörern umb die Seeligkeit bringen.  
Derowegen ist hohe Zeit/ daß wir den lebendigen Glauben/  
fidem operosam, und das edle Leben Christi in so vieler Herzen  
ein zu pflanzen anfangen/ nach dem so viel Bücher und Buch-  
staben mit Dinten auff Papier geschrieben seyn. Huc quoq;  
inprimis quadrat sacræ prudentiæ & ingenuæ pietatis studio-  
sissimi D. Dav. Chyrii Oratio, de Studio Theologiæ non dis-  
putationum rixis, sed pietatis exercitiis potius colendo; digna  
sanè, quæ plus simplici vice quotannis circumfusæ Theologo-  
rum & studiosorum coronæ prælegeretur. B. D. JOH. AFFEL-  
MANNUS in programme quodam, quod. B. HENR. VARE-  
NIUS in der Christl. Rett. Joh. Arnd wahres Christenthumb  
p. 2. p. 249. oportune laudat, illos Theologiæ studiosos male-  
dictos pronunciare non dubitat, qui serio pietatis studio, &  
accuratiore interioris hominis cultura posthabita apicem  
Theologiæ in disputando constitutum censent, adeoq; lin-  
guam

quam Deo, animam Diabolo, dicente *Bernbarde serm. 24. super Cant. p. 565.* tradunt. Novimus enim Christum esse conjunctè, non disjunctivè viam, veritatem, vitam, Joh. XIV, 6. *Viam* ratione vitæ, quæ serio studio est imitanda; *veritatem* ratione doctrinæ, quæ fideli corde est apprehendenda; *vitam* ratione meriti, quod verâ fide amplectendum. Egregius ille pietate Theologus *JOHANNES ARNDIUS* parte 1. pott wahren Christenthumb ita qveritur: Mancher gelehrter Doctor studieret Tag und Nacht/ das er in der Welt zu Ehren können möge/ aber umb die ewige Ehre und Herrligkeit willen nimbt er oft nicht der weile ein Vater Unser zu beten. Audiendum quoq; hanc in rem puto B. D. *JOACH. LUTKEMANNI* plenum querelarū judiciū, quod in der Auslegung der ersten Advents. Epistel ita tulit: Die Gelehrten trachten nach äußerlicher Wissenschaft so sehr/ daß Sie ihnen auch nicht Zeit nehmen den inwendigen Menschen mit Gottesturcht und Andacht zu erbauen. Viele Schrift-Gelehrten arbeiten Tag und Nacht an den Buchstaben der Schrift/ und beißen damit die Hülsen/ aber den Kern schmecken Sie nicht etc. Dn. D. Ahasverus Fritschius, Ictorum piissimus in Beschreibung des Unchrisil. Christenthumbs S. 25. inter alia ita pietatis vicem dolet: Jederman admiriret jecho die Gelehrtheit und spricht: Hilf Gott wie weise/ gelehrt und beredt ist der Mann; aber wie sanftmüthig/ demüthig/ gedultig/ andächtigt und Chrsil. Er sey/ davon sagt man nicht/ addo: des spottet man. Sufficiat ardentissimas hasce piorum de Pietatis jacturâ qverimonias benevoli *LECTORIS* oculis atq; judicio subjecisse. Judicet autem, quisquis velit, et ingenue fateatur, quæ nos & si quos sperare habemus, posteros temporum fata, Eruditorum vitia, officiorum ordinumq; nævi atq; errores, durante hoc pietatis exilio, præstolenrur. *Theologi* nullos conscientia aculeos metuent. *Jurisconsulti* in nego-


negotiis à jure, ab æquitate discedent, *Medici* nullam tuendæ  
valetudinis rationem servabunt; *Philosophi*, facient næ intelli-  
gendo, ut nihil intelligant, & rectæ rationis dictamina turpi-  
ter abjicient, prosternent, detorquebunt. Faxit autem Deus,  
ut falsus sim vates. Nisi autem omnia me fallunt, jam instant  
& decurrunt illorum, proh dolor! temporum intervalla. O  
Deus, in quæ nos reservasti tempora! Sed verò præterlapsa  
Academiarum spatia nec beatioribus decorû atq; virtutû stu-  
diis, nec lætiorib; studiosorû provectib; floruisse monumen-  
ta testantur. *Aureolus Philippus Theophrastus Bombast ab Hohenheim*  
*PARACELsus*, ipsa nominum multitudine monstrum, Ti-  
gurinos Studiosos familiari *Combibonum optimorum* nomine  
compellare solebat. *BALDUS* desui temporis juventute  
olim ita commentabatur in l. eadem e. locati apud *Lansium de*  
*Acad. p. 31.* Locans domum suam Scholari juveni, non poterit  
eum expellere, quod meretrices in eam induxerit, quasi in  
re locatâ malè versatus esset, quia hoc præsumere debuit à  
communiter accidentibus. *Julius MERCORIUS* part. 1. a. 6. p. 14,  
illicitam Eruditorum venerem non modò extenuat, sed &  
pro meritoriâ, proh Dei hominumque fidem! habet, *BELLAR-*  
*MINUS* Tom. VI. Oper. Conc. 6. Lovaniensium Studiosorum  
proterviam falsè fati hoc modo perstringit: *Qvis* ignorat  
multos esse, qui *Lovanium* veniunt, ut Doctores fiant in jure,  
& fiunt Doctores in choreis & in gladio? *Quàm* multi sunt,  
qui cum ad Parentes suos redeunt, si quærat ab eis: quid  
Lovanii didicistis? responsuri sunt, si verum dicere velint:  
Didicimus vagari totas noctes per plateas, didicimus di-  
stricto gladio bellum gerere cum lapidibus, didicimus multa  
& nova genera chorearum, didicimus uno haustu bibere  
medium poculum, didicimus pecunias nostras, quæ unum  
mensum duraturæ erant, unâ hora consumere. Idem *J. LI-*  
*PSIUS*, de iisdem lib. II. de Const. c. IV. p. m, 104. graviter queri-  
tatur:

eatur: Quam multi hodie in hoc nostro Musico cœtu, qui &  
 se dedecorant, & omne nomen litterarum; quidam quia  
 flagitiis & sceleribus cooperti; pleriq; quia vani, leves,  
*penitenti*; & nullius seriæ curæ. Deniq; intermittere non  
 possum, quin omnium querelarum atq; dolorum Acade-  
 micorum finem facturum verissima & nostro seculo acoño-  
 datissima *Sixtini de AMAMA ex Antibarbaro Bibl. lib. III. p. 790.*  
 verba subnectam, quæ se ita habent: Scholarium pluri-  
 mos Scholas latinas saltem vidisse, ex illis semicoctos, & ele-  
 menta latinæ lingvæ necdum doctos produisse, vel potius  
 ante legitimam missionem aufugisse, in Academiis annos  
 aliquot otio, Baccho & Veneri litasse, quæstiunculam unam  
 atq; alteram ad disputandū proposuisse, in cathedrâ verò ling-  
 gvam, illam in tabernis & circulis promptissimam, ita co-  
 hibere, ac si *Angeronam* matrem, *Harpocratem* patrem ha-  
 buissent &c. Et quis omnia Academicæ Juventutis faci-  
 nora, quæ impunè designant, ex aliorum ore, ne domesti-  
 ca testimonia noceant, recensere sufficit, audire amat?  
 Cum ingeniis autem conflictari ejusmodi, cumq; tot Dæ-  
 monibus in arenam descendere, qui studiosam juventu-  
 tem infestant, *Herculis* est decimus tertius iste labor. Quæ  
 molestiæ, si *Philippo Tomafino Commentar. de Gym. Pat. lib. III.*  
*C. XL. p. 342.* fides habenda, tantam *Justo LIPPIO* nauseam  
 concitabant, ut, cum *Patavi* in locum *Antonij Riccoboni* suc-  
 cedere potuisset, in ipso itinere animum mutaret, cœpti-  
 que tædia caperet. Cœterum tanta hæc *Christianarum A-*  
*cademiarum* mala non sunt, ut illas cum excremento oris  
*Judaici, in Tr. Schabbath fol. 151. 2. ad expositionem Cobeleth.*  
*XII, 3. Doms perditionis* adpellare auserim; aut cum *Val. WEB-*  
*GELIO, part. 1. Post. VII. Fest. Epiph. p. 96. Part. III. in F. Ann.*  
*Mar. p. 40.* insulse criminari: JESUM ex omnibus Academiis  
 relegatum, Scripturam S, fidei puritatem, vitamq; fidei in  
 B omni-


omnibus sub cœlo universitatibus corruptam & profligatam esse; Academias promiscuè omnes esse Dei Christiq; hostes ad finem mundi usqve. Apage istas *Bileami* diras, quas Deus in hæc Num. XXIV, s. commutet vota: *Quàm pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Israel.* Magnum Scholæ benè constitutæ pondus habent, in quibus à teneris, quod ajunt, unguiculis veræ pietatis semina instillantur, virtutes à vitiis distinguuntur, voluntas hominum regulæ Divinæ conformatur, virus ab impuro *Spiritu* afflatum opprimitur. Tolle Academias, & jam ipsum ministerium tulisti, contemne Præceptores doctos atq; pios, & ipsum Christum contempsisti, per quos Ipse docet. Benè huc congruit illud *AUGUSTINI de discipl. Christi, c. 4.* Christus est, qui docet, cathedram in Cœlo habet, Schola Ipsius in terra est, & schola Ipsius, corpus Ipsius est. Caput docet membra sua, lingua loquitur pedibus suis: Christus est, qui docet, audiamus, timeamus, faciamus. Quæ cum ita sint, stupenda sanè est maligni Spiritus astutia, qui, cum studium Theologicum, quod ad regnum suum evertendum divinitus institutum probè novit, è medio tollere non possit, per cuniculos saltem illud aggreditur, his præsertim exulceratissimis temporibus, ubi vel sub specie singularis zeli in convincendis Adversariis admonitiones ad pietatē suspendit, vel sub prætextu pietatis zelum illum extingvit, vel studiū pietatis nomine superstitionis odiosum reddit. Quod est ministerio verbi nervum incidere, & Spiritui nequam, ex una parte per dogmata profana, ex alterâ parte per vitam dissolutam, rimas aperire. Vos igitur, quotquot nomine DEI docetis, atq; in timore Domini discitis, *FIGILATE!* Plura ad huc erant *terricula*, quæ animum honoris atq; opum cupidissimum ab *Amplissimo Academiarum* teatro revocare possent, sed forti animo hæc partim superanda, partim æquo animo


animo ferenda, partim prudenti consilio corrigenda svaferim.  
Neq; *Musarum* coronam, quod subductis didactris solatio  
fit, ullibi auream, semper frondeam me vidisse memini. Gloria  
inter mortales certa & inter immortales aliquando certissima,  
quam *DEUS* summus laborum Arbiter aliquando distribuet,  
hosce Operarios manebit. Impiam *studiose vita* diatam  
quod attinet, illam uti nec omnium esse, ita neq; de omnibus  
dicendā existimaverim. Larvæ & simulacra Studiosorum sunt,  
qui singularem Academici juris libertatem in effreni viti-  
orum licentia collocatam putant, quiq; Doctorum monita,  
studia atq; preces naso adunco suspendunt, tempus studiis, pie-  
tate ferruminatis, destinatum somno, lusibus, Jonicis motibus  
aliisq; defidiosis familiarium congressibus impendunt, pecu-  
niam anxiam Parentum curâ atq; sudore corrasam, lacrymis  
sape tinctam, suo felicitatis damno & beatitudinis æternæ pe-  
riculo, in aram *Veneris*, *Bacchi* atq; *Vacuna* congerunt, iisdemq;  
turpissimè litant. Hi sibi ob oculos ponant, pioq; animo  
recolant verba Dei, Judicis atq; Vindicis severissimi, quæ  
*Psalmi L. versu 6. & seqq* cum terrore leguntur. *Thalmud in Tr.  
Bava Batra fol. 98.* huc quoq; graviter collimat. Qui pallio Stu-  
diosi sapientiæ se tegunt, cū non sint, non intromittetur in se-  
ptū Dei. *O. M.* Agite Pii, impios ad meliorem frugem & beatio-  
rem fidei salvificæ vitam redigat atq; convertat *DEUS*, piaq;  
sedulitate omnibus bonis commendatissimi Juvenes, mecū de  
industriæ gloriâ acre, constans & felix subite certamen. Vos  
uti nunquam coronæ, ita me nunquam laboris pœnitebit.  
Neq; ego Vos futili, vili, vano aut sterili conatu atq; labore  
exercitos & defatigatos volo, sed humanarum artium at-  
que scientiarum perspicuis compendiis & gravioribus usi-  
bus, ceu lætissimis animi deliciis, vos instruam atque pas-  
cam. *ARTEM POËTICAM* ex *Venusino Poëta HORATIO*  
breviter simpliciterque docebo, &, quæ tradit Poëseos pri-  
mum

mūm cum aliis artibus *communis*, deinde Poëtarum *propria*  
 præcepta, eo, quo fieri potest, ordine clariori, & liberiori elo-  
 quio, publicè exponam, fontesq; dicendi sacros pariter atqve  
 profanos hinc cum curâ diducam. Quibus per brumæ  
 dimidium, DEO juvante, absolutis, sub vernali tempore,  
 si idem Deus voluerit, ad ipsa POETARUM tempe exspa-  
 tiabimur observaturi pleraqve *Pontificiorum* dogmata atqve  
 supersticiosos ritus ex Poëtarum fabulis atqve commentis  
 desumptos. Deniqve Poetas ex piis honestisque suis ef-  
 fatis, quæ το γινώσκον τῆ θεῶν, insitas de Deo notitias & prin-  
 cipia connata clarè satis produnt, ἀναπλογήτες, opitulante  
 Deo, prævioqve *D. Paulo*, commonstrabo. Privatiores &  
 privatissimas studiorū operas publicè indicere nolo, ne Ve-  
 stris præjudicare desideris atq; proVectibus privatis videar.  
 Quicquid rogatus fuero, religiosè promittam; quod verò  
 præstare non possum, levi nec liberali animo rogatum aut  
 promissum arbitror. Constitueram privatas auspiciari le-  
 ctiones *de studio Academico piè, providè & utiliter instituendo*,  
 sed differre illas rogatus aliud curiosum non minus, quàm  
 utile ac necessarium elegi ἀπόραμα, de PRÆSENTE REI LI-  
 TERARIÆ PER EUROPAM STATU, quem omnes  
 nosse decet, quibus bonæ literæ vel nomen dederunt, vel  
 ex longinqvo innotuerunt. Quod igitur DEO T. O. M. glo-  
 riosum, Academica Juventuti per omnia proficuum mi-  
 hique fortunatum sit, cras B. C. D. ab hora à meridie II. ad  
 III. publicas de Horatianâ arte Poetica lectiones in Philo-  
 sophorū auditorio auspiciabor. Parcite ambitiosius precanti:  
*Utinam, æmulâ Jovis felicitate, de nostro velut cerebro totidem ar-  
 mate Pallades, quot me constanter audituri sunt, in orbis decus  
 & ornamentum feliciter prodeant!* P. P. Dom. I. Advent.  
 A. R. S. MDC XXCVII.









the scale towards document

nam Diabolo, dicente *Bernbaro serm. 24.*  
tradunt. Novimus enim Christum esse  
dis junctivè viam, veritatem, vitam, Joh.  
one vitæ, quæ serio studio est imitanda; veri-  
trinæ, quæ fideli corde est apprehendenda;  
riti, quod verâ fide amplectendum. Egregio  
logus *JOHANNES ARNDIUS* parte 1. votti  
umb ita qveritur: *Mancher gelehrter Doctor*  
*Nacht/ das er in der Welt zu Ehren kommen*  
*ie erwiege Ehre und Herrligkeit willen nimbt*  
*eile ein Vater Unser zu beten. Audiendum*  
*nputo B.D. JOACH. LUTKEMANNI plenum*  
*, quod in der Auslegung der ersten Advents.*  
*Die Gelehrten trachten nach äußerlicher*  
*lehr/ das Sie ihnen auch nicht Zeit nehme*  
*Menschen mit Gottesturcht und Andacht*  
*eile Schrift-Gelehrten arbeiten Tag und*  
*buchstaben der Schrift/ und beißen damit*  
*den Kern schmecken Sie nicht etc. Dn.*  
*ritschius, Ictorum piissimus in Beschrei-*  
*sil. Christenthumbs S. 25. inter alia ita pie-*  
*: Jederman admiriret jesho die Gelehrtheit*  
*f Gott wie weise/ gelehrt und beredt ist der*  
*sanssimüthig/ demüthig/ gedultig/ andäch-*  
*er sey/ davon sagt man nicht/ addo: des*  
*ficiat ardentissimas hasce piorum de Pie-*  
*erimonias benevoli LECTORIS oculis atq;*  
*. Judicet autem, quisquis velit, et inge-*  
*nos &, si quos sperare habemus, posteros*  
*Eruditorum vitia, officiorum ordinumq;*  
*, durante hoc pietatis exilio, præstolenrur.*  
*nscentiæ aculeos metuent. Jurisconsulti in*  
*nego-*